



*S. Red.*

E libris  
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii directore  
a. 1857 hereditate relletis.

*G. f. 171.*

AD AVDIENDAS ORATIONES  
QVORVM DAM PAEDA GOGII REGII ALVMNORVM,  
GLORIOSISSIMAE MEMORIAE  
*AVGVSTISSIMI QVONDAM POTENTISSIMO QVE  
PRINCIPIS AC DOMINI,*

DOMINI

# FRIDERICI WILHELMI,

REGIS BORVSSORVM, MARCHIONIS BRANDEN-  
BVRGICI ET S. ROM. IMPERII ARCHICAMERARII  
ET ELECTORIS, CETERA,  
REGIS AC DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI,

ET

AVSPICATISSIMIS REGNI INITIIS  
*AVGVSTISSIMI POTENTISSIMO QVE PRIN-  
CIPIS AC DOMINI,*

DOMINI

# FRIDERICI II,

REGIS BORVSSORVM, MARCHIONIS BRANDEN-  
BVRGICI ET S. ROM. IMPERII ARCHICAMERARII  
ET ELECTORIS, CETERA,  
REGIS AC DOMINI NOSTRI LONGE INDVLGENTISSIMI,

SACRAS

AC DIE VI IULII HORA IX ANTE MERIDIEM  
IN AUDITORIO MAIORI HABENDAS

**FAVTORES ET AMICOS**  
REI SCHOLASTICAE  
OFFICIOSISSIME AC PERHVMANITER

INVITAT

TEMPORISQUE NOSTRI ET NOTABILIS HVIVS ANNI FELICITATE SINGVLARI  
VNA CVM PAEDAGOGIO REGIO MVLTVM AC MIRE LAETATVR

**HIERONYMVS FREYER,**

PAED. REG. INSP.

---

HALAE MAGDEBURGICAE  
LITTERIS IOAN. CHRIST. GRVNERII, ACAD. TYPGR.

Seneca in Hercule Oetæo v. 1031-1035.

Verum est, quod cecinit sacer

Tbresæ sub Rhodopes ingis,

Tangens Tbreichiam chelyn,

Orpheus, Calliopæ genus:

AETERNUM FIERI NIHIL.



dolor! o quo quis verisima tempo-  
re verba!

Verba nec in nostro musis Helico-  
ne tacenda!

Ah! quoties eadem mæsta cecinere dolentes  
Voce PATREM PATRIAÆ? Nec cessant vs-  
que dolere,

Inuitæ simul ut celsis de turribus icta  
Auribus accipiunt v'lulamina tristia, postquam  
Igneus ad medii venit sol culmina cæli.

Nec tamen immeritas nectunt vacuasque quere-  
las:

Nostra quid acceptum referat, quid debeat ILLI  
Turba, probe gnaræ ac memori sat mente te-  
nentes.

Craftina lux iuuenes producet quinque paratos  
Dicere, quis fuerit, quanto maioribus IDEM  
Vel magnis e gente sua sit maior haberi  
Dignus, et in quantum res CHRISTI sacra per  
orbem

Creuerit et valido hoc et NVTRITORE be-  
nigno.

Sed neque, dum lugent queruli laudantque PA-  
RENTEM,

Vt decet, ereptum, poterunt noua signa silere

Divini neque spem tristi sub fronte fauoris  
Disimulare bonam: postquam REX sceptra tenere  
FILIVS occipit, qui MAGNI PATRIS AVIque  
Dotibus insignis dabit aurea sæcula Brennis.  
Qui faciles igitur nostris huc usque fuistis  
PATRONI studiis: iam nunc quoque pulpita nostra  
Dignantes, animos dicturis addite musis.

### CONSPECTVS ET ORDO SOLENNIVM.

1. Inter musicæ organicae concentum cantabitur strophe prima hymni e-mortalis, *Mitten wir im Leben sind*: ac deinde hymnus torus, *Kein Stundlein geht dahin*. Hoc facto
2. STEPHANVS THEOPHILVS a Dettis, Eques Pomeranus, classis latinæ secundæ superioris alumnus et huius solennitatis prologus, *de singularibus anni presentis* dicet latine.
- FRIDERICVS WILHELMVS a Borck, Eques Pomeranus et classis selectæ alumnus, *magnitudinem gloriose suæ memorie Regis FRIDERICI WILHELMI per omnem vitam sermone, quantum per ætatem ac vires licet, panegyrico exponet latine.*
- FRIDERICVS WILHELMVS Erpel, Halensis et classis latinæ primæ alumnus, *de meritis eiusdem REGIS in rem christianam ager oratione germanica.*
3. Strophe secunda hymni, *Mitten wir im Leben sind*, inter concentum musicum sequetur.
4. AVGUSTVS BENEDICTVS Michaelis, Halensis et classis latinæ primæ alumnus, *de nomine FRIDERICORVM inter Electores Brandenburgicos ac Reges Borussiae feliciter omnino canet carmine germanico, felicissimum nogo REGI imperium simul deuotissime gratulans.*
- AVGVSTVS LUDOVICVS a Lüd, Eques Mesomarchicus, classis secundæ latinæ superioris alumnus et huius solennitatis epilogus, *de munificentia Dei singulari in FRIDERICO II. Rege nobis concessa manifesta perorabit gallice.*
5. Strophe teria hymni, *Mitten wir im Leben sind*, subiungatur: qua finita DEO O. M. tum de beneficiis imperante REGE b. defuncto in literariam rem nostram collatis publice agentur gratia, tum preces sient ac vota de auspiciis noui regni diuinitus fortunandis.
6. Concentus organorum musicorum lugubris finem solenibus impónet.

TOLLITE VOCE DEVVM: LAVDES CELEBRATE IEHOVAE  
CARMINE, QVI FECIT MIRA FACITQVE, NOVO.

PSALM. XC VIII.

H. E. P.

FRIDERICVS II  
BORVSSIAE REX III  
ELECTOR SVAE GENTIS XIV  
ET INTER FRIDERICOS IV  
FIT  
PATER PATRIAE  
ANNO  
TERRIS BRENNOBVRGICIS  
ANTE NOS TER  
NVNC QVATER LAETO QVATER SALVTARI.

Surge, Clio, doctiorum  
Gloriosior sororum,  
Surge læta cum Camenis,  
Comta surge, scande montes,  
Scande turres, tolle vocem,  
Ciubus dic, dic colonis  
Per plateas et per agros,  
Lætus ille quis sit annus  
Et salute quam refertus sœculis prioribus.

**A**nte ter (*a*) centesimarum A. 1440  
Solis annui per astra  
Orbitam migrationum  
Prouidente, dirigente  
Optimo boni datore  
Ac dati statore magno,  
Marchiæ dabat SECUNDVM  
Derelictæ FRIDERICVM  
Annus et, qui dicit annum, sol redux quadragies.

**F**ridericus hic secundus  
Limites prouinciarum  
Cæsaris nutu fauentis  
Marchioni debitaram  
Reddidit rebus secundis  
Fortiter iusteque gestis:  
Sic suis vere secundus,  
Hostiumque terror idem,  
**V**nde fama finxit illum FERREIS (*b*) cum DENTIBVS.

**A**nte bis (*c*) centesimarum A. 1540  
Solis annui per orbem  
Semitam progressionum  
Adiuuante, prosperante  
Prouidi benignitate  
Numinis fundari ab imo  
Ad Spream Colonensem  
Vidit arcem principalem  
Annus et, qui dicit annum, sol redux quadragies.

(*a*) A. 1440 FRIDERICVS II Patri Friderico succedit in Electoratu. (*b*) Vid. Zach. Garicus de reb. gest. March. Brandenburg. I. 2, p. m. 200. (*c*) Caputrum hoc opus apparatu magnifico a IOACHIMO II fuisse, Nic. Leuthingerus comment. de Marchia Brand. I. 21, p. m. 777 docet, sine anni tamen mentione; factum autem id.

IOACHIMVS est SECUNDVS,  
Doctus eloquens, amansque  
Pacis, ac virtute multa  
Factus HECTOR Teutonorum:  
Ioachimus hic est, inquam,  
Qui dicauit et sacrauit,  
Denuo post (*d*) ampliandam  
FRIDERICO Rege PRIMO,  
Posteris et posteriorum Regiis Nepotibus.

Ante vix (*e*) centesimarum A. 1640  
Solis anni per æthram  
Terminos decursionum  
Dante rursus et parante  
Arbitro rerum supremo  
Paruularum, maximarum,  
Marchiis Heroa MAGNUM  
FRIDERICVM dat WILHELMVM  
Annus et, qui ducit annum, sol redux quadragies.

Magna tunc periculorum in A.  
Vndiquaque proximorum  
Multitudo ac dirus hostis  
Territabat, vulnerabat  
Patrias et exterorum  
Ciuitates atque villas  
Per trium septenniorum  
Arma nondum desitura:  
Magnus ergo Sospitator magno it obuiam malo.

id est a. 1540 præter alios etiam Iac. Paul. a Gundling in Atlante Marchlico p. 180,  
et Cäp. Abel in hist. Brand. c. 4. §. 6. p. 158, et geogr. Brand. c. 4. §. 12. p. 193  
tradunt, aliud iam a. 1538; qui tamē facile conciliari posunt. (*d*) I. P. a Gundling. d. L. (*e*) A. 1640 FRIDERIGVS WILHELMVS MAGNVS Patri Geor-

O SVPREMI singularem  
PATRIS erga nos amorem!  
Sic ter egit ante nostros  
Marchiae benignus annos,  
Prouidendo, dirigendo,  
Adiuuando, prosperando,  
Dando rursus et parando:  
Vnde latus latiorque  
Annus et, qui dicit annum, sol redux quadragies.

Sic et his agit diebus,  
Sic iuuare pergit idem,  
Sic beare tempus illud  
Et notare rursus annum,  
Quo semel cœpisset olim,  
Quo secundo tertiumque  
Brandenburgicos beasset:  
Latus (f) ut sit, sicut ante, A. 1740  
Annus et, qui dicit annum, sol redux quadragies.

Ergo quid nos impediret,  
Post dolores funerati  
REGIS et post iusta tanto  
PRINCIPI pie soluta:  
Quo minus grata decenter  
Mente summum prædicemus.  
Muneris noui datorem;  
Muneris tanti datorem,  
Quanta laus nec inueniri, nec satis dici potest?

gio Wilhelmo succeserit bella Germanie tricennali adhuc durante. Sam. a Pufendorf.  
de reb. gest. F. W. I. l. (f) Annus ob defensionis REGEM quidem valde lucuo-  
sus, at optimo æque ac dignissimo SVCCESORE herisimus.

**O IEHOVA,** qui benignus  
Respicis prouinciarum  
Vota late dislitarum;  
Qui relictos non relinquis,  
Supplicesque non repellis:  
Sume grates, tura mentis,  
De flagranti cordis ara; ob  
In diesque firmiora  
Millies fac, quæ precamur; milliesque millies.

Quem dedisti FRIDERICVM,  
Quem Borussis quemque REGEM  
Marchicis terris dedisti  
Et paterno corde dudum  
Gratiosus induisti:  
Redde nobis sic SECUNDVM,  
Hostibusque sic VERENDVM,  
Sic sua virtute MAGNUM,  
**Vt PRIORES** inter omnes sit et sit MAXIMVS.

Adde porro prosperorum  
Multitudini perennem  
Filiorum, filiarum,  
Et sequentium nepotum  
Ordinem, longissimique  
Temporis felicitatem:  
Lætus ut sit FRIDERICVS,  
Lætiorque ELISABETHA;  
**Vt sit hic et omnis annus subsequens lætissimus.**



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
kotl. nicht vergeben!



56.

KOT

Ratio





AD AVDIENDAS ORATIONES  
QVORVM DAM PAEDAGOGII REGII ALVMNORVM,  
GLORIOSISSIMAE MEMORIAE  
AVGVSTISSIMI QVONDAM POTENTISSIMO QVE  
PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI  
**F R I D E R I C I  
W I L H E L M I ,**

SORVM, MARCHIONIS BRANDEN-  
S. ROM. IMPERII ARCHICAMERARII  
T ELECTORIS, CETERA,  
INI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI,

ET  
ICATISSIMIS REGNI INITIIS  
SIMI POTENTISSIMO QVE PRIN-  
CIPIS AC DOMINI,

DOMINI  
**D E R I C I I I ,**

SORVM, MARCHIONIS BRANDEN-  
S. ROM. IMPERII ARCHICAMERARII  
T ELECTORIS, CETERA,  
NI NOSTRI LONGE INDVLGENTISSIMI,

SACRAS  
IE VI LVLLI HORA IX ANTE MERIDIEM  
EDITORIO MAIORI HABENDAS  
**T O R E S E T A M I C O S**  
REI SCHOLASTICAE  
ICIOSISSIME AC PERHUMANITER.

INVITAT  
ET NOTABILIS HVIVS ANNI FELICITATE SINGVLARI  
EDAGOGIO REGIO MVLTVM AC MIRE LAETATVR  
**E R O N Y M V S F R E Y E R ,**

PAED. REG. INSP.

*HALAE MAGDEBURGICAE  
DAN. CHRIST. GRVNERTI, ACAD. TYPOGR.*

**Farbkarte #13**

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

